

scientia Arabice descripta: adeoq; dictus
 Mamon congregavit ingentem numerum do-
 ctorum diversarum linguarum, et inter-
 rogavit Auctorum nomina, atque
 librorum, quae scripta fuerunt in artibus
 lingua Graeca, Persica, Chaldaea, atq; Aegyptia,
 adeoq; multa eorum nominata sunt volu-
 mina. Tunc misit multos, ex familiaribus
 suis in Syriam, Armeniam, atq; Aegyptum,
 ut illos emerent libros; de quibus sarcinas
 infinitas, et tulerunt, et conduxerunt.
 Tunc segregati sunt boni, et utiles, sicut in
 Medicina in Physica, in Astronomia, in
 Musica, in Cosmographia, et Chronica
 descriptis, et posuit supra translationem
 lingua Graecae Joannam filium Mesuah
 praedictum. Quoniam in illo tempore Chris-
 ticola Graecis studebant literis. Posuit etiam
 supra translationem Graecam alios quam
 plures